

divino superveniente mandato, sancta anima
a carne soluta est. Sepultus cum superius nominatis.

De sancto Marcellino archiepiscopo XI.
Marcellinus XI. justus, et timoratus, cuius tanta
corporis ordinamenta flagrant, ut preciosissi-
mae myrrae incensum sepelientium narces
sentirent. Sepultus est in basilica sancti Probi.

De sancto Severo archiepiscopo XII.

Severus XII, vir mirae simplicitatis. Defunctus
est sub die Kalend. Februarii, et sepultus est in ecclesia,
quae sita est in civitate dudum Elapir, non longe
a regione, quae dicitur Salutaris. Omnes praedicti
supra per spiritum sanctum electi fuerunt
mirabiliter.

De Liberio archiepiscopo XIII.

^{tercius decimus,}
Liberius XIII. Erythrorum pastor precipuus,
largus elemosinis, post obitum saepe vitae
officiosissime sepultus est.

De Probo archiepiscopo XIV.

^{xiiii.}
Probus XIV. pinguis divina gratia, et speciosus
forma. Circa ultimam mortem positus, angelorum
contemplatus agmina, laetus, exultans tendit
ad sidera, sepultus cum praedecessore suo.

De Floriano archiepiscopo XV.

^{enarius}
Floriano XV. justus homo, pater pauperum, tutor

^{filius}
a) Sep. - mirabiliter in loco suo.